





*Q. D. B. V.* *5.93.*  
*ad 8. 8. 1419. 25*

**DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS** *790.*  
*DE* *1419. 8.*  
**AVOCATORIIS,** *1-*

*QVAM  
SUB PRÆSIDIO DIVINI  
NUMINIS  
ita volente*

*Illustri Facultate Juridica*

**PRO LICENTIA**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE  
HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE CONSE-  
QVENDI,

*ERUDITORUM DISQVISITIONI*  
subjicit

**OCTAVIUS HENRICUS DE SOM,**  
Hamburgensis,

*Ad D. 27 Septembr. M DCC XIX.  
hor. locoq; solitis.*

---

**ARGENTORATI,  
LITERIS JOHANNIS PASTORII.**

D E O  
ET  
P A T R I A E  
S A C R U M.

# BENEVOLO LECTORI

S. ET O.

Um haud ita pridem ab Amplissimo  
Jutorum Collegio post exantlata exan-  
mina consueta honorificum de dispu-  
tando sine Praeside decretum obtinui-  
sem; dubius equidem aliquandiu hasi, cui potissimum  
argumento operam meam dicarem; placuit autem  
tandem ad juris publici prudentiam, qua illustrem do-  
ctrina juridica partem constituit, animum convertere.  
Cumque universa Reip. administratio in duo potissi-  
mum tempora, vel Justiniano Imp. in procem. Instit.  
docente, dividatur, pacis nimirum & belli; seposito  
prioris respectu, jus belli, quod haud exiguum jus Ma-  
jestatis constituit, in considerationem traxi. Ex hoc  
porro jure, quatenus consideratur intuitu ipsius Rei-  
publica, cum multa orientur jura particularia, jus scilicet  
Armandia, jus circa munimenta, jus praesidia-  
rium, jus conscribendi milites, eorumque delectum  
habendi, jus metationis, jus sequela, jus Avocatoria  
publi-

J TURCA

publicandi ; hoc postremum mihi , quantum tempore  
ris & ingenij ratio permittet , sumpsi tractan-  
dum. De qua materia equidem observavi , Frid.  
Gerdesium Tractatum edidisse Hamburgi A. 1675.  
vidi etiam allegari apud Londorpium Tom. VIII.  
pag. 573. MStum quoddam hac de re , sed nullius ex  
his nec alterius cuiusdam copia mihi facta est. Unde  
de etiam facilius levidensis ac deproperata hujus scrip-  
tionis veniam me impetraturum confido , præcipue , cum  
à juvene qui vix Academica studia ad finem per-  
duxit , vix aliquid solidi maturoque judicio scripti  
expectare fas fit. Cæterum tractationem nostram in  
duas sectiones partiemur , quarum prior generalia ,  
quaque in omni Republica locum inveniunt , exhibe-  
bit ; posterior autem tradet , si quid peculiariter in  
Imp. Romano-Germanico quoad Avocatoria receptum  
est. Sit itaque B.C.D.

## SECTIONIS PRIMÆ.

CAPUT I.



## CAPUT I.

*De Etymologia, Synonymia, & Homony-  
mia Avocatoriorum.*

**A**T qualemcumque in tracta-  
tione nostra ordinem serve-  
mus, initium ejus merito faci-  
mus ab Onomatologia Vo-  
cis Avocatoriorum, quam tamen pau-  
cis absolveimus, tum, quia parum ad  
rem ipsam facit, tum, quia non admo-  
dum prolixa indiget explicatione. Vox  
*Avocatoria* unde derivetur luce clarius  
est, scil. à verbo *avocare*, vel à vocabulo  
*Avocatio*, quod utrumque puræ latinita-  
tis est, & apud optimos linguæ latinæ scri-  
ptores quam sœpiissime occurrit. Vox *A-*  
*vocatoria* autem recentioris ætatis merito

A

ha-

habetur, cum nullum vel apud ferreæ, ut loquuntur, ætatis scriptores ejus exemplum reperiatur. Interim significacionem ejus quilibet facile intelligit; estque vox in stylo Curiæ & ubique recepta, ita, ut hodie nemo, nisi qui Ciceroni ignotam vocem damnandam ridicule putat, ea uti amplius dubitet. Non desunt Vocabula Synonyma Avocatoriorum, quæ tamen minus frequenter adhibentur, nec fere majoris quoad styli puritatem, quam hoc, authoritatis sunt, ut: *Inhibitoria, Monitoria, Revocatoria, Dehortatoria.* *Seneca* quidem (*L. II. Quæst. Nat. c. 59.*) voce, *Monitoria & Priscian.* (*L. II. c. 32.*) voce, *Revocatoria*, sed adjective, neque in eo sensu, quem hodie in stylo Curiæ habent, usi sunt. Quæ autem quam frequentissime in nostro significatu usurpatur, vox ea est, quæ Titulum hujus Difserit. dat, nempe: *Avocatoria*; quæ & in Germanico idiomate recepta, quippe in quo nullum vocabulum hoc exprimens, nisi

nisi rem circumscribere velis, invenitur. Sic ejus exempla plura habemus ap. *Londorp.* e.g. *Tom. I. p. 233.* ap. *Fabrum* in libro, cui tit. *Staats-Lantklen* p. 719. & p. 723. & ap. alios Actorum Publicorum Collectores. Monendum tamen hic est, vocem *Avocationis*, à quo derivantur Avocatoria, adhuc hodie dupliciter sumi. Nonnunquam enim respicit causas judiciales, quas superior Princeps e. gr. ab inferiori quodam foro seu judicio, ubi pendent, evocat seu avocat, (utrumque enim dicitur) & ad se trahit, vid. *Schvveder. Introd. f. Publ. part. spec. Sect. II. cap. XIII. §. 1.* & hujus respectu Rescriptum Principis, qua ejusmodi causæ evocantur, etiam posset appellari *Avocatorium*. Sed hæc significatio hujus non est loci, pertinetque ad materiam Processus. Frequentius autem Vocabulum Avocatoriorum innuit id, quod & nos sub eo intelligimus, scil. Rescriptum Principis, subditos hostibus vel extraneis militantes domum revocantis.

A 2

CAP. II.

*De Definitione & Divisionibus Avocatoriorum.*

Post definitionem nominalem præcipuum locum jure sortitur definitio rei, quæ hic quidem ex formulis, quales tum in *Londorpii Actis Publicis* tum in *Antonii Fabri Staats-Canzley* ut jam dictum, plures habentur, ex quibus natura eorum aliis subsidiis destituto cognoscenda mihi est, venit eruenda. Tentabimus ergo, annon dici poterit : *Avocatoria esse Edicta à Principe emanantia, quibus subditos suos vel hosti vel extero saltem militantes à ministerio hoc abstrahere, atq[ue] domum revocare nititur, sub certis pœnis hoc nomine præfigi solitis.* Dico : esse *Edicta*, quoniam regulariter proprio motu publicantur, nec vel occasione litis decidendæ inter privatos, vel occasione sive ad consultationem alicujus de jure edoceri volentis emittuntur ; licet contentio bellica, quæ nobis cum

Cap. II.

A

cum aliis intercedit , ansam iisdem præbere queat. Addo : à Principe emanantia ; qua quidem formula non id indigetare intendo , quasi tantum in Stato Republicæ Monarchico iis locus esset ; sed Principis vocem adhibeo , quia Monarchia potissimum & antiquissimum Reipubl. formam constituit ; interim , quæ hic tradimus , omnino & in Aristocratia , & in Democracy & imo in Rep. etiam mixta exerceri possunt ab iis , penes quos est τὸ κύρον . Non enim alij jus talia publicandi competit , quam ei , qui jus belli habet , id est , Majestati , sive Majestatem habenti , qualemcumque interim speciem habeant , quæ vel per commissionem , uti hodie loquimur , vel per temperamentum , vel per simulacrum in hoc genere administrantur , ut beati Bæcleri verbis utar Inst. Polit. lib. II. cap. 7. adde Grotium de J. B. & Pac. I. III. 5. & l. V. per totum . Adjicio : quibus subditos suos revocat ; fundatur enim jus hoc , uti alia Majestatis

jura, prout jam innuimus, in ordine impe-  
randi & parendi , sive in jure imperandi  
ab una parte , & obligatione obsequendi  
ab altera; quo spectat in materia substra-  
ta *jus sequela*, quod dicimus, Germanice  
*die Heersfolge/* cuius vigore vocati sub-  
diti Dominum suum, sive is ipse bellum  
moyeat, sive contra eum moyeat, armis  
sequi, eundemque juvare tenentur, de quo  
extat dissertatio *Ahasveri Fritschij.* Sub-  
jeci: *vel hosti, vel extero saltem militan-  
tes;* ubi quoad hostes quidem res in apri-  
co est, cum id manifesto sit contrarium  
obligationi subditi erga dominum, hunc  
derelinquere , & hostiles partes defendere.  
Verum, quin in illo etiam casu, ubi sub-  
diti nostri Principi extero, quo cum bel-  
lum haud gerimus, servitia militaria præ-  
stant, nos autem ipsis eorum opera & au-  
xilio opus habemus, ex ministerio externo  
domum revocare queamus; non est dubiu-  
m. Verum hæc omnia ex infra specia-  
lius tradendis fient clariora ; hic autem  
tan-

tantum attingenda videbantur, ut definitioni nostræ lux sua aliqualiter saltem constaret. Transeundum jam est ad divisiones Avocatoriorum. Solent illa dividi in generalia & specialia: illa dicuntur, quibus  
 quivis subditi hosti militantes etiam legitimo formula generali avocantur, e. gr.  
 Wir gebieten ALLEN hohen und niedern  
 Befelchshabern/ und gemeinen Soldaten  
 zu Roß und Fuß/ was Stands oder We-  
 sens die seynd / ernstlich / und wollen / daß  
 sie nach Vernehmung dieses Mandats/ sich  
 ihrer und ihrem geliebten Vatterland/  
 schuldigen und angebohrnen Pflichten er-  
 innern / aller wider uns gereichender und  
 dißfalls hoch verbottener Kriegs-Bestal-  
 lungen alsobald begeben und abthun / ic.  
*Fabri Staats-Canzley Tom. VII. p. 719.*  
 seqq. Specialia vel ad certa corpora vel ad  
 certas personas singulares diriguntur, e. gr.  
 contra exercitum Elect. Bavariae promul-  
 gatum ein besonderes Mandatum Avo-  
 catorium & inhibitorium, vel in singula-  
 ri casu locum inveniunt, e. gr. si decer-  
 floq 38  
 man-

nantur & publicentur contra subditos Imperij legitimo Principi suo & Domino territoriali , sed postquam pro hoste Imperij declaratus & banni poena punitus, (zum Reichs- Feind und in die Reichs- Acht erklårt) operas militares præstantes, vel alias adhuc obsequium subditorum exhibentes ; quale quid in nupero bello circa Electorem Bavariæ contigisse, omnibus constat ; vid. *Fabri Staats- Lanß- ley d. Tom. p. 763.* aut, si emanent contra subditos Principis contumacis & sententiae Imperiali parere recusantis , ut in causa Mecklenburgica. Sed hæc omnia infra, ubi ad specialiora deveniemus, clarius patescent.

## C A P. III.

*De Origine Avocatoriorum, tum philosophica, tum historica.*

**S**olent, qui de rebus civilibus solidius tractare cupiunt, id operam dare, ut, ex quibus juris principiis ac fundamentis, ut & post-

& postea, quo tempore quæq; introducta  
sit, exponant; prius ajunt ad philosophi-  
cam, posterius ad historicam originem in-  
dagandam pertinere. Eadem nunc me-  
thodo incessu notamus, Avocatoriorum  
fundamenta juridica vel generaliter tradi-  
posse, vel specialiter: quod priora attinet,  
jam innuimus, sumimam huc potestatem  
pertinere, sive Majestatem, aut *faculta-*  
*tem moralem gubernandi civitatem*, quam  
*Grotius* vocat, *cujus actus alterius juri*  
*non subsunt, ita, ut alterius voluntatis hu-*  
*manæ arbitrio irriti possint reddi*, *Grot. I.*  
*III. 6. & 7.* cui ex parte subjectorum ob-  
sequij vinculum, quo tenentur, respon-  
det. Quod si vero jam proprius ad rem  
venire, atque, in quoniam Majestatis jure  
speciali Avocatoria nostra fundentur,  
curatius, quam supra in præfatione, in-  
quirere velimus; erit per partitionem  
jurium Majestatis procedendum; quæ  
apud Scriptores variè institui depre-  
henditur, vid. *Grot. d. l.* Nobis autem

B

cum

hi

cum Bæclero b. m. *Instit. Polit. lib. II. cap.*  
2. commodissime videntur in hoc argu-  
mento versari , qui vel *Lampodium* hic  
vel *Grotium* sequuntur, quorum ille di-  
vidit objectum Majestatis *part. I. de Rep.*  
*Rom. Germ. I. 15. & seqq.* in res sacras  
& profanas , profanas in civiles & belli-  
cas; hic autem lib. 5. cap. 3. §. 6. ita pro-  
cedit, ut dicat, Majestatem regere civita-  
tem, aut *per se* aut per alterum ; per se  
*versando* vel *circa* universalia, vel *circa*  
*singularia*: hæcque posteriora iterum vel  
*directe publica*, vel privata, sed ad publi-  
cum ordinata; priora illa vel sunt *actio-*  
*nes* vel res ; actiones sunt pacis, *belli*, foe-  
derum. Utrovis modo partiaris, facile pa-  
tet, ad jus belli, quod jam supra diximus,  
referendum esse jus nostrum; quod *jus belli*  
unum est ex præcipuis Majestatis juribus,  
quo nimirum securitas publica præstan-  
da est subditis , ut vitam tranquillam &  
securam degere possint, *I. Tim. II. v. 1. 2.*  
3. in quo potissimum Reip. finis consistit  
id

id quod si absque bello fieri non possit,  
 ita necessitas imperanti ad hoc jus tribuit:  
 Bellum enim unicè propter pacem. Cœ-  
 terum, cum *jus belli* consideretur vel *re-  
 spectu aliarum gentium*, vel *respectu subdi-  
 torum & Reipublicæ*, cui imperans præ-  
 est; & priori consideratione ad jus genti-  
 um spectet, posteriori ad jus publicum uni-  
 versale; vel leviter attendanti patebit, po-  
 steriori respectui hic locum esse conce-  
 dendum, quo nimirum quæritur, quo us-  
 que Princeps possit decernere bellum,  
 quid eo nomine possit in suos subditos.

Nimirum, uti cœpimus innuere, tene-  
 tur securitatem subditis præstare princeps,  
 etiam, si aliter fieri nequeat, gerendo bel-  
 lum; quod vero cum solus ille in effe-  
 ctum deducere non possit, hinc subditis  
 tanquam instrumentis utendi jus habet,  
 atque hactenus potest subditis impe-  
 rare, ut se in bello sequantur, sibi-  
 que auxilium præstent, quod *jus sequela*  
 appellari, jam supra diximus. Egregie

B 2

huc

hoc faciunt, quæ habet Puffend. *dissert.*  
*de obligatione erga Patriam* §. 20. Cum  
 finis civitatum requirat, ait, ut summæ in  
 iis potestati competat jus armandi, con-  
 gregandi, & uniendi tot cives in omni  
 periculo & occasione, quot pro viribus  
 hostium ad communem defensionem o-  
 pus visum fuerit; inde etiam, qui civitati  
 se alicui adjungit, obligationem contra-  
 hit, jussu summi imperij arma capessendi,  
 & munia militaria obeundi. Unde gravis-  
 simis alicubi poenis coercitum, militiam  
 subterfugere. Ita Arrius Menander JCtus  
 Romanus in l. 4. §. 10. ff. *de re milit.* recen-  
 set: *qui ad delectum olim non respondebant,*  
*ut proditores libertatis in servitutem re-*  
*digebantur.* Unde recte Grotius lib. I.  
 cap. V. §. 4. ait, *dubium non esse, quin na-*  
*turaliter omnes subditi bello adhiberi pos-*  
*sint; sed quosdam specialis lex arcet, ut*  
*olim Romæ servos, nunc passim Clericos;*  
*que tamen lex, ut omnes ejus generis, cum*  
*summa necessitatis exceptione intelligenda*  
*est.*

*est. Add. lib. I. cap. XXVI. & Puffend.  
l. c.* Et hoc jam *fundamentum est Avocatoriorum proprius ex parte avocantis;* cui respondet *ex parte avocandorum obligatio subditorum erga Principem & Rempubl. tempore & ratione belli;* quæ duplex est, alia positiva, ut arma pro Republica capiant, alia negativa, ut ne pro hostibus capiant. Occasione prioris illustris tractanda venit Quæstio, *utrum exteris militare liceat,* ubi, si rem ex principiis juris naturalis considerare velimus, utique & pro aliis arma capere non licitum modo, sed & honestum est, etiam si nec cognationis, nec societatis civilis vinculo juncti sint, sed extranei plane. Huc enim pertinet, quod *Grotius* habet lib. I. cap. V. ubi docet, qui bellum licite gerant, *I. 2.* ut coetera desint vincula, sufficit humanæ naturæ communio; Mandri dictum est:

*Injuriarum si improbis auctoribus  
Reponeremus ultionem singuli,*

B 3

Nobis

*Nobis putantes fieri, quod fit alteri,  
 Inter nos juncti conspiratis viribus;  
 Non prævaleret innocentia impetus  
 Audax malorum. Qui custodiunt digni  
 Jussique penas, quas merentur, pendere,  
 Aut nulli penitus essent, aut pauci ad-  
 modum.*

Atque hoc in statu naturali quin obtineat, non est dubium; verum hic proprie non dantur exteri, cum mundus in hoc Statu sit Civitas, cuius cives, quotquot homines. Coeterum post conditas Respublicas cujusque Principis est, determinare LL. quoque hanc facultatem exteris militandi velit esse liberam, vel non. Atque id quidem ubique receptum est, ut, si Respubl. cuius quis civis est, bello ipsa diyexetur, & servitiis bellicis opus habeat, ad exterios abire & illis servire, haud licet; de Imperio Romano-Germanico res clara est per R. I. Spirensem de A. MDLXX. §. zum andern soll ibi: sondern vor andern allen desselbigen Wolfarth und Be-

Besten schaffen und befördern. Unde & in tali casu Avocatoria nostra in subsidium advocari solent; ubi vero alta quies & pax profunda in Republ. aliqua regnat, ibi videtur ē re ipsius esse, ut, quia alias cives otio domi torpescerent, in laboribus & periculis bellicis alibi exerceantur, eo fine, ut, si bellum ingruat in civitate, non tyrones, sed homines exercitati ad proelia, obsidiones &c. mitti ad hiberique queant. Sane in Germania id Nobilitati in primis tribuitur, ut ex laudabili consuetudine & jure libertatis ad exteriores militatum abire dicantur, In der Fussknechts-Bestallung zu Speyr auffgericht. I. nach dem auch der Teutschheit fol. 845. R. I. Spir. de A. 1570. I. demselben wir anfangs 4. E seq. R. I. August. de A. 1582. I. ferners ob wol. 31. Quod autem vigore consuetudinis laudabilis, & recte introductæ, jureque libertatis fit, licite fieri constat; ita, ut ipsis hoc nomine nihil possit imputari, uti recte iudicatur.

dicat Knipschild. de Nobilitate lib. III. cap. XIII. §. 15. Quin imo adeò hoc communi Imperatoris Statuumque consensu adprobatum deprehendimus, ut Legi universalis Regulam insertam videamus, secundum quam in ministerio exterorum bellico se gerere debeant; ita enim die Fußknecht-Bestallung zu Speyr Anno 1570. tit. Verzeichniß etlichen sonderen puncten/ §. zum Vierdten/ da ein Obri ster &c. Unde videri posset, Avocatoriis in Germania haud æque usum esse receptum, aut recipi posse, ac alibi; verum de his in sectione altera, ubi de Avocatoriis in resp. ad Imperium Romano-Germanicum speciatimi, amplius agetur. Id hic in universum ex dictis repetere liceat, insignem occurrere differentiam inter casum, quo cives nostri exteris, non hostibus militant, &c, quo hostibus, qui actu tales sunt resp. Reip. nostræ, militant; in posteriori universalis ubique est Avocatoriis usus; in priori tantum, si Resp. ipsa indi-

3. Sib

indigeat civium suorum operis bellicis,  
aut , si in civitate, ubi id vel per Legem  
scriptam, vel per consuetudinem obtinet,  
ut militari apud extraneos veniam prius  
hoc nomine à Principe impetrant , citra  
permissionem quis abierit. Atque hæc  
de origine Avocatoriorum philosophica,  
sive fundamentis juris , quibus argumen-  
tum hoc videtur inniti.

Esset jam, ut ex antiqua pariter ac re-  
centiori historia , apud quas gentes , & ,  
quomodo in usu fuerint , & quando cœ-  
perint, exponerem; verum, cum id mul-  
tam lectionem ac prolixam librorum evo-  
lutionem desideret,vix est,ut ab homine in  
exteris degente, præcipue,cui iter proxime  
fusciendum haud concedit moram, exi-  
gatur. Neque etiam adeo prope ad insti-  
tutum nostrum pertinet,quod est, disserta-  
tioni potissimum juridicæ materiam sup-  
peditare. Id itaque tantum notabimus, ob-  
ligationem erga Patriam pro maxima ap.  
Hæbræos, Græcos, Romanos, aliasq; gentes

C

sem-

sion

sem per habitam fuisse, cuius cum ~~adnotamus~~  
sit jus Avocatoriorum; admodum probabili-  
le est, apud omnes simile aliquid vel ana-  
logum in usu fuisse.

## C A P. IV.

*Qui avocare, & qui avocari possint.*

**Q**uoad primum jam monuimus ad definitionem, id iis tantum convenire, penes quos summum in Republ. imperium residet; hic duo tantum addimus & annotamus 1.) posse Principem hujus juris exercitium alij dare in commissis, si-  
ve, ut hodie loquimur, constituere hoc fine & nomine *Commissarium*, sive dele-  
gatum, qui Avocatoria nomine suo emit-  
tat. Illustre hujus rei exemplum habe-  
mus in Imperio Romano-Germanico, ubi  
in bello tricennali Anno nimirum MDC  
**XXXI.** Johannes Georgius Elector Saxo-  
niæ, postquam Imperatorias partes, Pace  
Pragensi A. MDCXXXV. condita, am-  
plexus esset, Mandatum avocatorium ge-  
nerale

generale emisit, ibi: fügen hiemit man-  
niglich zu wissen ic. quo ex servitio Sue-  
corum militari omnes revocavit, idque,  
uti verba habent, im Namen und wegen  
Röm. Räys. Majestät NB. als dero  
gewollmächtigter Commissarius; unde &  
poena subjuncta sive sanctio ad universam  
Germaniam extenditur, ibi: die Unge-  
horsamen sollen im Römischen Reich  
und teutschen Landen nirgends gedul-  
det noch passiret werden. Habetur in-  
tegra formula apud Lond. Tom. IV. p. 546.

Observandum autem porro est hac  
occasione, quod distingueda veniant ipsa  
Avocatoria à Mandatis Monitoriis de pu-  
blicando & promulgando; quod modo  
recensuimus exemplum, id Avocationem  
ipsam respicit, quam nomine suo præfixo  
per Mandatum propria manu subscriptum & sigillo Electorali munitum, no-  
mine tamen Imperatorio, expedivit lauda-  
tus Elector; cœterum, ubi sub augustissimo  
Imperatoris titulo Avocatoria expe-

C 2 diun-

diuntur , & emittuntur , Electoribus tam  
en Principibus & Statibus id negotij  
datur , ut promulgationi & publicationi  
eorum invigilent ; quo nomine separatim  
solent ab Imp. Mandata cum exemplis  
Avocatoriorum in primis ad Directores  
circulorum , sed & ad alios Status , Civitates  
Imperij , Corpora Nobilitatis immediatae  
speciatim transmitti , qualia plura habet  
*Londorpia* ; nos unicum recensebimus .  
Cum Leopoldus Imp. A. MDCLVIII. d.  
14. Octobr. Avocatoria generalia resp. o-  
mnium Imperij hostium emitteret , sepa-  
ratim Mandata Monitorialia generalia ad  
singulos Status , Magistratus , in primis au-  
tem ad Directores & Status Circulorum  
Saxonicorum misit , ibi : allen und jeden  
Thürfürsten / Fürsten / Geistlichen und  
Weltlichen / Prälaten / Graffen / Freyen /  
Herren / Rittern / Knechten / Landvögten /  
Hauptleuten / Dißdomben / Vogten / Pfle-  
gern / Verwesern / Amtpleuten / Landrich-  
tern / Schultheysen / Bürgermeistern /  
Richtern / Räthen / Bürgern / Gemeinden /  
und

und insonderheit denen Thurfürsten und  
Ständen Ober- und Nieder-Sächsischen  
Crayses/ ic. ic. eo tenore, daß sie diese  
Käyserliche resolution durch offene  
Edicta in ihren Thurfürstenthüm-  
ben/Landen/ Bottmäßigkeit/Städ-  
ten und Gebieten verkünden / und  
anschlagen lassen. Cumque Elector Sa-  
xoniæ Jo. Georgius II. ut obsequium huic  
Mandato exhiberet, ut in aliis terris, ita &  
in Pomerania Edictum publicari & affigi  
curaret, atq; duo Avocatorum originalia,  
quæ vocamus, ad Gubernatorem & Re-  
gimen Sueicum in Pomerania transmitte-  
ret, additis literis: sie thåten solches tra-  
genden Almpts wegen / als Crayß-auf-  
schreibender Fürst des Ober-Sächsischen  
Crayses; hoc autem Regimen Sueicum  
ea remitteret, juncta protestatione &  
declaratione causarum, ob quas ea accipere  
nequeat, atque simul ab Electore quære-  
ret, wessen sich der König in Schweden  
zu ihme zu versichern / hic respondit: er

C 3

hätte

hätte hierüber zu folge denen Reichs-Ordnungen nur das ienige/ was seines Ampts gewesen/ gethan und beobachtet/ vid. *Londorp. Tom. VIII. pag. 465. 468. 507. 514.* Add. *Idem Tom. X. pag. 99. seqq.* Ex quibus omnibus patet, & Constitutionibus Imperij, & observantiae Imperiali, dem Reichs-Herkommen/ conveniens esse, ut, sicuti alij Status, ita in primis Directores Circulorum jussui Imperatorio de publicandis promulgandisq; Avocatoriis, quisque in suo Circulo, obtemperent, adeoque causæ, uti in scholis loquimur, instrumentales Avocationis existant. Solent Avocatoria etiam mitti Ducibus militaribus publicanda; ita Leopoldus A. MDCLXXXIII. Locumtenenti Generali Montecuculi transmisit exempla plura, quæ ille Magistris Postæ divulganda tradidit. Sed & Commissariis Imperatoris in Comitiis dari solet in mandatis, ut per Dictaturam publicam notitiæ Statuum Avocatoria insinuent, vid. *Lond. Tom. X. pag. 100.* In aliis regnis

regnis hoc nomine Mandata diriguntur  
ad Magistratus, ex. gr. in Gallia ad Guber-  
natores Provinciarum, Missos Regios, qui  
hodie Intendants, &c.

Personas , quæ Avocationi nostræ  
sunt obnoxiae , eique parere tenentur ,  
quod attinet ; huc ante omnia referendi  
veniunt subditi nostri militantes sub si-  
gnis & vexillis hostium , unde formula:  
welche unter derjenigen Potentaten  
Kriegs-diensten sich befinden / die wider  
uns die Waffen ergriffen ; welche sich wi-  
der uns in feindlichen Diensten gebrauchen  
lassen. Neque vero hic dignitatis diffe-  
rentia in ullam considerationem venit:  
**welch Stands oder Würden und Wesens**  
sie seynd / unde in Imperio Avocatoria  
Principes etiam & Status Imperij concer-  
nunt, des Heil. Römischen Reichs Fürsten  
und Stände ; huc formula ab Imperatore  
adhiberi solita ; uns und dem Reich me-  
diate oder immediate unterworffene  
**Stände und Unterthanen.** Parum etiam  
refert,

refert, an, & quo munere fungantur apud hostem; an vero gregarij sint milites, alle und jede hohe und niedere Kriegs-Officierer und gemeine Soldaten / (Soldatesca, Knechte) zu Ross und Fuß/ insgemein alle Kriegsleut zu Ross/ Fuß/ was Nation/ Ampts/ Beselchs die seynd/ oder seyn mögen. Aliquando speciali designatione & recensione exprimuntur, General-Wachtmeister / Obristen/ Obrist-Lieutenant/ Obrist-Wachtmeister/ Rittmeister/ Hauptleut / Fähnrich/ Quartiermeister/ Fourier/ und Beselchshaber ic. Neque porro interest, an cives nostri sint, an incolæ tantum, vel inquilini; an in terris nostris nati, sive indigenæ sint, an aliunde advenerint, & domicilium hic fixerint, unde formula generalis: Unterthane / Zugehörige und Verwandte / item: Landsassen / Bürgger/ und Unterthanen/ item : die unter unserer Bottmässigkeit NB. gesessen oder gehobren seynd. Illud omnino addendum

dum, non tantum illos hic intelligi, qui in servitio hostis, quocum principaliter bellum geritur, sed & eos, qui in sociorum ejus ministerio constituti sunt; quod spectat die immisgebliche dritte Anmerkung apud Lond. Tom. XIV. pag. 235. zum abgezielten Zweck wäre auch gut/ wann in conformität des Reichs/ Abschieds zu Speyr de Anno MDXLIV. der N. Bunds/ Verwandten Meldung geschehe/ unde formula adhiberi solet: die sich in des N. oder dessen Adhaerenten Helffern / und Helffers/ Helffern Kriegsdiensten befinden.

Sed quæri hic posset, quid juris, si ex. gr. domicilium habeam in territorio Titi, & bona in territorio Mævij , & huic cum illo intercedat bellum? Respondeo, in hoc casu dominum domicilij jūs sequelæ exercere; alterum autem, si avocatoriis haud pareatur, aut contributio sive tributum haud offeratur, redditus ex bonis in suo territorio sitis vel & bona ipsa fisco addicere, ut praxis quotidiana docet; solet tamen

D

men plerumque in sequenti Pace Amnestia constitui, & confiscatio talis iterum tolli.

Verum, cum civitatis jus mutare, & ex subdito & cive non subditus & extraneus quis fieri possit, quæritur, quo usque ergo Avocatoria effectum suum exerantur. Videlicet hic bene ratiocinari *Puffend. de J. N. & G. lib. VIII. cap. XI. §. 3.* distinguendo, utrum in civitate jus emigrandi promiscue usurpetur, ita, ut licentiam emigrandi pro arbitrio cives subditique habeant, an vero legibus hoc sit restrictum & limitatum. In priori casu, si aliquis nullo peculiari vinculo adstrictus in aliam civitatem fortunarum sedem transstulerit, in eum nihil amplius juris habet antiqua Civitas; adeoque Avocatoris nihil agit, si vel maxime dispendium famae non parituro minetur. Dico: nullo peculiari vinculo obstrictus. Si enim hoc esset, ipse vinculum haud disolvere, sed ab obligatione per civitatem liberari deberet; adeoque eo usque, donec ab obligatione sol-

vatur,

vatur, civitati jus in ipsum integrum manet.  
 Quod æque dicendum, si bona adhuc,  
 præsertim immobilia, sub ipsius ditione  
 possideat, vel & peregrinandi tantum  
 causa, reservato sibi civitatis jure, absit.

Sed alia hic circa subditos evocando<sup>s</sup>  
 occurrit quæstio haud exigui momenti;  
 nimirum, cum servitio militari apud ex-  
 ternum Principem quis vel bello jam con-  
 tra Principem suum pendente se addice-  
 re possit, vel jam ante, quam hostis esset,  
 tempore Pacis se addixisse; de priori qui-  
 dem res in aprico est, quod turpiter & il-  
 legitime agat, adeoque, nisi revocatoriis  
 morem gerat, omnem poenam mereatur.  
 De posteriori autem dubitari posset, an, si  
 vel expresso vel tacito consensu Reipubl.  
 suæ fidem alij Principi, & quidem jura-  
 tam, dederit, de servitiis ex. gr. per decen-  
 nium præstandis, per hoc autem temporis  
 spatium in Statum bellicum hic cum suo  
 Principe incidat, salva fide & sine per-

D 2

juriō

jurio castra deserere, & ad suum Principem remeare queat?

Negativæ adstricendæ adduci posset generalis primum Regula: *fidem esse servandam*; cui, cum hic supponatur accessisse juramentum, eò fortior utique adstrictiorque erit obligatio, quo notius est, jurando cum Deo homini negotium esse, cuius vindictam, sibi, si fallat, imprecatur. Videtur ergo non perfidus modo, sed & perjurus esse, & desertor, qui castris eorum, quorum militiae nomen dedit, se subtrahit, missione non obtenta; **Der sich aus seinen Kriegs-diensten ohne erlangten Abschied und Paßport auf des Feinds Seiten begibt.** Neque parum firmamenti hæc opinio inde capit, si vel expresse vel tacite Civitas, cuius existo Civis, in id consensisse supponatur, cum volenti non fiat injuria, neque præjudicium aut damnum censeatur fieri consentienti. Verum affirmantium tamen parti calculum nostrum addimus, primum quidem

ex

ex eo , quod materiam promissi op̄orteat  
 esse aut esse posse in jure promittentis , ut  
 promissum sit efficax , bene ita docente  
*Grotio II. XI. 8.* Jam autem promissio à  
 subdito nostro facta serviendi in bello alij  
 Reipublicæ , etiamsi illa in nostram arma  
 moveat , rem talem continet , quæ in ejus  
 potestate haud erat , directo quippe vin-  
 culo obligationis , quo jam erat ut civis ac  
 subditus obstrictus , contraria . Eximie quo-  
 que adsertum nostrum fundat , quod *Gro-  
 tius* habet interpretandi missa &c. prin-  
 cipium *II. XVI. 26.* quod scilicet promis-  
 sum restrictionem capiat ex repugnantia  
 casus emergentis cum voluntate . Nam ,  
 ait , quia casus nec provideri omnes pos-  
 sunt , nec exprimi , ideo libertate quadam  
 opus est , eximendi casus , quos , qui locu-  
 tus est , si adessent , eximeret ; non tamen  
 temere , sed ex sufficientibus indiciis .  
 Certissimum autem indicium esse , si quo  
 casu sequi verba illicitum esset , id est , pu-  
 gnans cum naturalibus aut divinis præ-  
 ceptis .

ceptis. Ut doctrinam hanc , quæ paulò  
obscarius à *Grotio* proponitur , ad quæ-  
stionem , quam præ manibus habemus ,  
adplicemus ; dicemus : qui promisit ser-  
vire Titio per decennium , ille haud co-  
gitavit de casu , ubi Titio bellum inter-  
cedet cum Mævio ; in hunc enim casum ,  
si ei in mentem venisset , nec promisisset  
servitia , nec promittere potuisset , quia res  
est illicita , pugnans cum humanis & di-  
vinis LL. contra Principem ac Dominum  
suum legitimum arma moventi servitia  
præstare. Itaque censetur talis homo  
claſſulam tacite subintellexisse : rebus ſic  
ſtantibus ; & conditionem , modo Domino  
illi cum ſuo Domino bellum non inter-  
cedat , adjectam vel subintellectam vo-  
luiffe tacite. Neque obſtat , quod juramen-  
tum acceſſerit ; ad id , enim , ut valeat  
juramentum , oportet , ut obligatio ſit lici-  
ta , ut iterum dogma *Grotianum* vocemus  
in ſubſidium , quod habet III. XIII. 6.  
quare nullas vires habebit jurata promiſ-  
ſio

*sio de re illicita, aut naturaliter, aut di-  
vina interdictione , aut etiam humana.*

Adde, quod superioris sive Principis po-  
testas jus inferioris e.g. subditi sub se con-  
tineat, ita, ut ille possit, aut, antequam  
juretur, irritum reddere juramentum, aut,  
postquam juratum est, vetare, ne implea-  
tur; quæ iterum sunt verba *Grotii d. cap.*

§. 20. Nimirum juramentum de re per  
justum superioris interdictum illicita ideo  
non obligat, quia præstatur contra pri-  
mum præceptum secundæ Tabulæ, con-  
tra quam juramentum non obligat. At-  
que hinc profluxit, ut formulæ Avoca-  
tionis ab Imp. insereretur : daß ihr euch  
alsobald der Bestallungen und Kriegs-  
diensten (sc. apud hostem) gänzlich ent-  
schlaget/ abthut/ und davon aufstellet/  
euch auch ins künftige dazu keines  
wegs/ unter was Schein solches gesche-  
hen möchte/ weiter bestellen/ annehmen/  
und gebrauchen / noch euch von dem  
uns/ und dem Reich schuldigen Gehor-  
sam/

sam/ unterm prætext geleisteter Ehds-  
pflichten (NB. so ohne das wider uns  
als Römischen Kaiser/ und wider das  
Reich ganz unkräftig und nichtig/ und  
daran ihr nicht gebunden seyd/ auch wir  
aus Kaiserl. Nacht und Vollkommenheit  
außheben) abhalten lasset. Nimirum  
originaria & antiquior est obligatio erga  
Rempubl. in cuius præjudicium ego non  
possum fidem meam adstringere Princi-  
pi extero ; sicut foedus ex. gr. Electoris  
cum Principe extero non potest tollere  
obligationem ejus ad Unionem Electo-  
ralem (die Kurfürsten verein) quod  
foedus est inter Electores antiquissimum,  
servandam; prouti hoc allegavit Elector  
Brandenburgicus , cum Rex Christianis-  
simus vi foederis copias auxiliares contra  
Electorem Trevirenssem ab eo peteret,  
vid. Consult. Dn. D. Feliz, in dissert. de  
juribus Electorum prerogativis pag. 64.  
seqq. Adde de quæstione, quam hactenus  
excussimus, Burger Observ. Militar. Cen-  
tur.

tur. *S. Obs. 9.* qui tamen ex principiis alienis & parum solidis rem deducere videtur.

In computum avocandorum suo quodam eximio jure veniunt etiam Vasalli, quibus haec ratione feudi solennis & ordinaria incumbit obligatio, ut praeter fidelitatem Domino feudi servitia militaria praestent, vel equis, vel armis in *Guerra*, sive quotiescumque periculum aliquod Domino imminet, *z. F. 7. Struv. in Syntagma. f. Feud. cap. XI. S. 5. n. 1.* usque adeo, ut regulariter &c, nisi justam hoc nomine & santicam allegare possit causam, cur huic debito exigente domino haud faciat satis, feudo cadant. *1. Feud. 21. Kohl. de servit. Feud. p. ult. n. 68.* Hinc Avocatoriis nunquam non addisolet: *Vasallen/ Lehrenleuten*; coeterum circa hos ipsos elegans quæstio se offert examinandam; si scilicet Vasallus aliquis habeat plura & diversa feuda à duobus vel pluribus & diversis dominis, qui duo Domini movent

E

invi-

invicem bellum , & uterque Dominus  
 vasallum requirit, ut serviat, & juvet eum,  
 atque ille, in cuius territorio non habitat  
 Vasallus, avocatoria emittat, an his pare-  
 re, aut, cui demum teneatur opem ferre.  
 Potest hic casus facilissime contingere, &  
 contigit saepius ; ita *Frossardus de bellis*  
*Gallorum & Anglorum lib. i.* recenset,  
 bellum diuturnum inter utramque gen-  
 tem male habuisse quosdam nobiles *Gal-*  
*liae*, quorum aliquot collectis rebus alio se  
 contulerunt, expectantes aura serenitatem,  
 ne, si aut ab armis quiescerent, aut alteri  
 se adjunxissent, puta Gallo vel Anglo, re-  
 bus suis ipsi obessent. Nam talis erat mul-  
 torum ratio , ut, cum in utroque regno  
 possessiones haberent, neque hunc juvare,  
 neque illum destituere citra facultatum  
 jacturam possent. Verum hoc equidem  
 remedium vix est, ut tuto & cum fructu  
 hodie adhibeatur ; imo non est dubium,  
 quin uterque Dominus in hujusmodi ca-  
 su contra recusantem servitia & Ayoca-  
 toriis

toriis haud obtemperantem vasallum puniendo, confiscando &c. sit processurus. Quæritur ergo, quid faciendum Vasallo. Sunt, qui statuunt, de rigore juris teneri eum juvare, cui primo fecit fidelitatem, etiam in offensam posterioris Domini, & quidem in persona, quia prior ille habuit jus quæsitum, quod posterius feudum acceptando Vasallus intervertere, aut à nexu, quo tenebatur, se liberare haud potuit, *Kohl lib. cit. p. 3. n. 18. seq.* Quid ergo circa posteriorem Dominum dicendum? *Schrader. de Feud. p. 6. n. 20. seq.* censet, huic ne quidem per substitutum teneri servire; *Speculator autem in Tit. de feudis S. quoniam*, cui etiam adstipulatur *Kohl. d. Tract. p. 3. n. 42. seqq.* æquum & tutum censet, ut antiquiorem quidem Dominum personaliter juvet; illum vero, cui secundo juravit, juvet per substitutum pro viribus feudi, quod ab ipso tenet. Evidem videri posset, hoc juramento, quod primo præstítit, directo

esse contrarium, cum ex tenore 2. F. 6. & 7. promiserit, quod eum semper velit praestare tutum & incolumem, atque omne facere, quod ipsi sit utile, atque adeo nihil, quod ipsi sit noxiū; quale quid utique foret, si posteriorem contra ipsum juvaret, etiamsi id per substitutum tantum fieret. Verum respondent, Vasallum hoc non facere, animo nocendi priori Domino, sed causa sibi ipsi consulendi, ne feudum à secundo Domino sibi concessum amittat; quem in finem & illud adduci posset, quod in juramento Vasallitico l. c. addita sit restrictio. modo *Vasallo* id facile sit, ac possibile. Atque hæc quidem procedunt, ubi constat, quis sit antiquior; quod si vero dubium sit, quis altero prior, v. g. si quis feuda ab antecessoribus suis, qui illa per tempus immemoriale possederunt, per successionem acceperit, quæritur, quid juris? Sunt, qui ad medium, quod Nobiles Galliæ adhibuere, hic configunt, atque censent, de rigore juris neutrum

trum teneri juvare, ne uni præstanto auxilium , alterum offendat. Verum nos cum Speculatore in d. I. quoniam malum in eandem ire sententiam, quod utriusque debeat opem ferre, uni personaliter, alteri per substitutum ; quo & jus Saxonicum referri potest, quod rem adhuc clarius determinat C. XLVI. Ob ein Mann hat ait, zween Herren oder mehr/ die ihm des Reichs Dienst gebieten (mit urteilen) der ihm denn zu dem ersten gebüte / mit dem soll er selber ziehen/ und den andern al- len soll er Heerstewr geben / das ist / das zehend pfund / oder den zehenden schillings/ den er jerlich von dem Gut hat/ ubi Glosfa addit: Und hätten sie ihm den Dienst gebotten alle drey zugleich (mit gezeugen) Heerstewr soll er geben den andern / und seyn damit los/ cap. 4. §. auch soll da fahren. Coeterum de facto ita se vidisse observari ait Burger Cent. II. Obs. 13. daß der Lehennmann einem jeden Herren Pferd und Knecht / wie er ihm zu dienen schuldig geweßt / zugeschickt hat / und er ist für sein Person still gesessen.

## C A P . V.

*De forma tum essentiali , tum accidentalis,  
ut & operationibus Avocatoriorum  
& effectibus Juridicis.*

**F**ormam Avocatoriorum essentiale  
constituimus in eo , ut è ministerio  
bellico , sive servitio vel hostium vel ex-  
teriorum per illa avocentur , qui potestati  
nostræ vel ut subditi , vel ut Vasalli , aut  
alia quadam ratione sunt subjecti. Ad  
accidentalem referimus 1.) quæ præmitti  
iis solet , recensionem causarum , quæ ju-  
stitiam belli ex parte avocantis fundant ,  
& periculi , quod exigit , ut apud exterios  
militantes revocentur domum , e. g. Tur-  
cæ ingruentis , &c. item injuriarum &  
damnorum ab hoste nobis illatorum ; quæ  
sicuti ex more Principum hodierno solen-  
nis fere est , ita per se tamen ad essen-  
tiatam avocatoriorum haud pertinere , fa-  
cile concedet , qui veteris illius dicti me-  
minerit ; *Lex jubeat , haud disputet.* 2.)  
huc

huc pertinere arbitramur sanctionem,  
quæ adjici solet, poenamque continet  
haud parentibus sive obedientibus irro-  
gandam, tum quoad personam, tum quo-  
ad bona; unde clausula: **hej unmach-**  
**lässigen Straff an Leib/ Chr und Gü-**  
**tern/ und Verlust aller Rechte und**  
**Gerechtigkeiten;** item: **hej Verlust**  
**aller und jedweder euer Haab und**  
**Güter/ gegenwärtigen und zukünf-**  
**tigen Lebens und Erbe;** item: **hej**  
**Verlust seiner Haab und Guts/ Ver-**  
**mögens/ Anwartsung und Erbtheyls/**  
**Ehren und Redlichkeit / auch Ver-**  
**meidung höchster Ungnade/ und Straf-**  
**fe / damit die Halsstarrige und Unge-**  
**horsame ohnmachlässig belegt / auch**  
**nirgends in dem Lande geduldet noch**  
**passiret werden sollen;** item: **als lieb ei-**  
**nem jeden ist/ Unsere schwere Ungnad/**  
**und darzu die *pœn des Friedbruchs/***  
**nem.**

nemlich der Acht / privation und con-  
fiscation der Güter / auch Nachschä-  
ckung Weib und Kinder / zu vermei-  
den ; item : als lieb euch ist / Unser Kais-  
serliche höchste Ungnade / und schwere  
Straß des Friedbruchs zu vermeiden /  
welche widrigen und unversehenen falls /  
wider euer aller und jeder Person /  
an Leib und Leben / auch eure im Heil.  
Reich besindliche allodial- und feudal-be-  
weg- und unbewegliche Haab und Gü-  
ter / unausbleiblich soll vollstrecket wer-  
den ; item : bey Vermeidung Unserer  
und des Reichs schwerer Ungnade /  
und der so wohl in dem zu Münster  
und Osnabrück auffgerichteten / als  
in dem allgemeinen Landfrieden ent-  
haltenen Straße / item : bey Ver-  
lehrung Leib und Lebens / Einziehung  
aller Haab und Güter / Entsezung aller  
Ehr und Würden / Entwehrung der  
Erb-

Erb- und Antwartschafft / Nachschickung  
 Weib und Kinder / und dergleichen /  
 und das hinsuro weiters zu seinem  
 Ehrenstand / bürgerlichen Alem-  
 ptern / Handwercken/ noch anderen  
 Nahrungs-mitteln zugelassen werden  
 sollen/ auch allen anderen in Reichs-  
 Abschieden befindlichen poenen; item,  
 welche aber ungehorsamlich aussbleiben/  
 und diesem unserm ernsten Avocatorio  
 Mandato sich dennoch nicht gemäß bezei-  
 gen/ dieselbe mit Verlust ihrer Haab  
 und Güter/ sie seyen Lehen/ oder Erbe/  
 beweglich/ oder unbeweglich/ oder auß-  
 stehende nomina , ohnmachlässig ge-  
 strafft werden/ und solches alles unserm  
*Fisco* jedes Orts/ohne einziges Nachsehen  
 verfallen seyn; item: bey Straff der  
 Acht n. Verlust aller und jeder ha-  
 benden privilegien/ Gerechtigkeiten/  
 nicht weniger aller Zunft- und Stadt-  
 Rechz.

**Rechten.** Ex quibus formulis, uti, quam diversæ & severæ poenæ dictari soleant, patet; ita 3.) aliquando etiam executio poenæ quā & à quo facienda, adjungi solet in hunc fere modum: **allermassen wir dann zu solchem ende unserm Fiscal gnädigst anbefohlen haben / demselben (Avocatorio scil. mandato) gemäß gegen die contravenienten / unverzüglich zu procedieren.** Sed & 4.) nonnunquam obtemperaturis & r. deuntibus promittitur, ipsis munera militaria, si velint, pro meritis iri concreditum, in hunc fere tenorem: **dafern aber einige in Kriegsdiensten verharren wolten / solten sie selbe unter uns und dem Reich / alwo sie gebührend accommodirt werden sollen / annehmen / und Unserer Gnad sich fähig machen/ qua quidem ratione tacite venia delicti, etiamsi illegitime ministerio bellico extranei se addixerint , datur; sed & haud raro expreste resp. eorum, qui nostris castris**

eastris desertis ad aliena transfugerunt, ad-  
 di amat; Da auch unter Obristen / Ritt-  
 meistern / Hauptleuten / Fahndrichen/  
 auch andern Befelchshabern / und ge-  
 meinen Soldaten zu Ross und Fuß / et-  
 liche befindlich / so immittelst sich in an-  
 dere Bestallung begeben/ denselben solle  
 hicmit / dafern sie Unserm Kayserlichen  
 Gebott alsbald gehorsamste schuldigste  
 folg geleistet/ und wiederum unter unser  
 Kayserliches Kriegs-volk sich begeben/  
 auch deswegen von ihren Obristen und  
 Befelchshabern Zeugniß werden vor-  
 bringen/ General-perdon mitgetheylt/  
 und sie wieder zu Kayserlichen Gnaden  
 angenommen seyn. Est quoque, ubi ut-  
 trumque promissum uno tenore contex-  
 tuque jungitur: die sich aber als des Heil.  
 Röm. Reichs getreue von dem Feind  
 abwenden/ denen wird hicmit aller voll-  
 kommener perdon, auch anderweit an-  
 nehmliche condition versprochen/ und zu-  
 gesagt/ so ihnen bestiglich gehalten wer-  
 den

den solle. Sed & s.) nonunquam, ubi primis Avocatoriis non fuit obtemperatum, per secunda, quæ geschärffste dici solent, avocatio sub severiori formula institui amat ; vid. *Londorp. Tom. X. p. 90.* & *p. 186. & Fabri Staats-Canzley Tom. VII. p. 722.* Tales enim gradus in primis observari mos est , ubi in Imperio Romano-Germanico contra Principem contumacem , & sententiæ Imperiali parere recusantem Avocatoria decernuntur, & emituntur; qua de re in *Sect. II.*

Effectus porro, quos Avocatoria producunt, ex hac tenus allatis facile patent; nimirum , aut ij, qui avocantur, morem gerunt intra terminum præstitutum ; & delicti veniam nanciscuntur pariter , ac, si velint , munera & officia militaria ; aut, ut immorigeri & contumaces in servitio hostili persistunt, & tum poenæ interminatae executio fit, tum quoad bona, quæ fisco addicuntur, tum quoad personas absentium saltem in effigie, tum quoad honorem

norem & famam, quæ solenni ipsis formula adimitur ; die abwesende Ungehorsamen werden in ihrem Bildniss gestrafft / inzwischen auch mit Namen und Zunamen durch das ganze Reich für infam und unehrlich declariret / auch ihnen und ihren descendanten ihre Stamm- und sonst erhaltene Wappen ferner zu führen nicht gestattet / noch weniger sie vor Stifts- oder Bittermaß- sig jemahls mehr gehalten/ sondern insgemein aller Ehren unsfähig erklärt.  
 Quin & illud, si summus adhibetur rigor, obtinet ; ut poena à Magistratu uno talibus dictata per universum Imperium vel regnum valorem suum exerat ; atque, ubi defuper sit interpellatio, à quovis alio Magistratu, quam eo, qui dictavit, executio ni danda veniat, vid. *Fabri Staats-Lant-  
ley Tom. VII. pag. 722.*

<sup>1110</sup> Coeterum circa effectus Avocatoriorum adhuc illud in controversiam vocari meretur, quid juris, si duo Principes interficiantur

se bellum gerant, tertius autem, qui non  
est bello implicitus, sed quietem in turbis  
sestatur, ex unius istorum servitio bellico  
subditos suos avocet, an hoc justam huic  
bellum inferendi causam præbeat? Ita  
sane Rex Sueciæ censuit, cum Imperator  
avocatoria contra eum, post quam Pome-  
raniam aggressus esset, publicaret; vid.  
*Londorp. Tom. X. pag. 324.* hanc ipsam  
publicationem pro denuntiatione belli ex  
parte Imp. facta interpretatus; verum,  
quin Imp. ratione augustissimi muneric  
Cæsarei, si Status Imp. bello impetur,  
subditos Imp. possit avocare, non videtur  
esse dubium, præcipue in dicto casu, ubi  
bellum inferens itidem, ut Status, arcto  
Imp. & Imp. vinculo nexus est. Alias, si  
supponatur libertas belligandi exteris,  
atque, qui neutrarum partium est, ex uni-  
us ex belligerantibus ministerio subditos  
suos avocet, ex alterius non item; videtur  
hoc ipso causam suam facere, atque unius  
partes sequi, & contra alterum animum  
hosti-

hostilem declarare. Sed de his in conflitu amplius, si detur occasio.

## SECTIO II.

*De jure circa Avocatoria in Imp. Rom.  
Germanico speciatim.*

Cum à communi Rerum publicarum  
indole haud parum differat forma  
regiminis in Imp. mirandum haud est, cir-  
ca singula etiam juris publici argumenta  
hujus discriminis deprehendi vestigia.  
Itaque quoad jus belli etiam, ex quo de-  
rivavimus jus Avocatoriorum, idem oc-  
currit; nos autem, cum sectioni priori  
nimium inhæserimus, hanc alteram pau-  
cis expediemus, notantes I.) bellum con-  
siderari vel resp. universi Imperij, vel resp.  
singulorum Statuum; priori intuitu,  
*wann es ein Reichs-Krieg seyn soll/ ne-*  
*cesse, ut res in deliberationem Comitia-*  
*lem veniat, ibique decidatur, quod vel*  
*nuperi belli exemplo constat; & jam ab*  
*anti-*

antiquo id obtinuisse, probat die Handha-  
bung des Landfriedens de A. 1549. tit.  
die Königliche Majestät soll keinen Krieg  
aufangen; post Capitulationes autem &  
*Instrum. Pac. art. VIII. §. gaudeant*, jam o-  
mni caret dubio, vid. *Schvveder. part.*  
*spec. sect. I. cap. XXVI. §. 2.* Quod si hoc  
præcessit, jam illud præminentiae Im-  
peratoris relinquitur, ut suo nomine Avocato-  
ria publicet; licet, cum Imp. Anno  
MDCLXXXVIII. *projectum*, quod vo-  
camus, Avocatoriorum in Comitiis exhi-  
beri faceret, haud defuerit, qui moneret,  
es wäre gut/ daß man hinem setzte/ daß  
auf Einrathen sämtlicher Thürfürsten/  
Fürsten/ und Stände solches beschehen.

II. Si bellum consideretur ratione  
Statuum Imp. hodie quidem extra o-  
mnem dubitationis aleam positum conspi-  
citur, omnia jura, quæ jure belli continen-  
tur, iis competere; vid. *R. I. de A. MDLV.*  
*I. nachdem aber/ Instrum. Pac. art. VIII.*  
*§. gaudeant*, adeoque nec jus Avocatoria  
pro-

promulgandi iis poterit denegari. Et hoc,  
 si Statui Imp. cum extero res sit , pro ea  
 libertate , qua Principes alij , exercere po-  
 test; etiamsi enim supra dixerimus , ad ju-  
 ra Majestatis haec pertinere , quæ , proprie-  
 si capiatur , iis tribui haud potest , cum  
 certa ratione ab Imp. & Imp. depende-  
 ant ; attamen superioritate territoriali  
 gaudent , sive Majestate analoga , quæ vi-  
 res suas non tantum in territorio , sed &  
 extra territorium , & in respectu ad exte-  
 ros se se exerit . Si vero Statui Imp. cum  
 alio sive Con-Statu lis intercedat , ea , si ad  
 antiqua tempora reflectamus , quibus dif-  
 fidationes in usu erant , nonnisi armis dif-  
 ceptari solebat ; verum , postquam illæ  
 paulatim abrogatae , & instituto maxime  
 proficuo laudabilique Pax publica , der  
 Landfrieden / introducta ac sanctione so-  
 lenni firmata ; ad judicia tale litigium de-  
 ferendum venit , adeo , ut , si hoc neglecto  
 quis arma in Imp. contra Con-Statum te-  
 mere movere ausus fuerit , criminis

G

fractæ

fraðtæ pacis publicæ reus habeatur. Quo  
 casu non tantum Camera Imp. vel Judi-  
 cium Aulicum mandata *avocatoria* sub  
 poena banni & amissionis omnium bono-  
 rum, vel sine clausula, vel cum clausula  
 decernere solet, *Gail. de PP.* I. 16. 10.  
 sed & ipse in primis Imperator juxta *part.*  
*II. Ord. Cam. tit. XXIII. & Instrument.*  
*Pac.* hoc fine emittere solet Avocatoria,  
 inhibitoria, demolitoria, restitutoria, &  
 executorialia poenalia, idque, ut formula  
 habet apud *Londorp.* Tom. VII. pag. 655.  
*pr. von Römischer Kaiserl. Macht/ und*  
**NB. Gerichts und Rechts wegen.**  
 Unde patet, haec Avocatoria contra Sta-  
 tum Imp. emanantia non æque, ac, de  
 quibus supra egimus, ex jure belli deduci,  
 sed potius summo juri Majestatico, quod  
 circa judicia versatur, originem suam de-  
 bere. Coeterum, quænam præjudicia ex  
 abusu Avocatoriorum, &c, si minus legitime  
 ab Imp. contra Status emitantur, ori-  
 antur, id exponitur apud *Londorp.* Tom.  
 VIII.

¶ ( 51 ) ¶

VIII. pag. 573. ex scripto inedito, quod  
auctoris prudentiam & in rebus Imperij  
experientiam, sed & studium partium  
Electoralium ubique prodit; quo ipso,  
quoniam omnino legi meretur, nec alibi,  
quam apud *Londorp.* occurrit, nos colo-  
phonem huic dissertationi imponemus.  
Mandata, ait, Avocatoria non levis mo-  
menti atque præjudicij res sunt, eaque  
non nisi juxta LL. justeque & necessa-  
rio decerni, Imperij, omniumque & sin-  
gulorum ejus Statuum civiumque ma-  
xiimopere interest. Multum quippe pe-  
riculi, odij, molestiæ, curæ & laboris ex  
illis perperam publicatis ad hos redundat.  
Ut potissima saltem ex iis referamus, quæ  
Principum Imp. circa illa interesse insi-  
gnis documenta esse queunt; intenditur  
*primo* per illa quedam ad usum & effe-  
ctum decretis præstandum *obligatio*, cu-  
jus vi teneantur exequi & propugnare,  
quæ illis continentur, qua sine alias in-  
valida & irania forent.

*F statum*

Si-

G 2



*Secundo certum inde in Status Imperij, si talium participes aut patientes sint, exoritur eorum, adversus quos stringuntur, odium, &c, cum exercere licet, vindicta; dum tam odiosis processibus lacescisti &c, velut hostes Imperij declarati, non poterunt non cavendi, repellendi, vindicandi media cogitare & amplecti contra id, quod obtentitur, Imperium, atque nomine ejus facit Imperator; nec possunt non Status, si non impediunt, reddi obnoxij.*

*Tertio libertas Statuum & subditorum, per quam ab antiquo licet, dominis, qui placent, domi forisque servire, arbitrij Imperatorij esse incipit, post illa publicata non integra magis, quam ante sui juris; cum deinde non obtemperare sine periculo aut metu non sit integrum.*

*Quarto Ordines Imperij isti causæ, cuius gratia decernuntur Mandata, ignoran-*

rantes cœco velut impetu miscentur.  
Id quod privati ægre admittunt, ex ali-  
eno factō , periculum & incommodum  
quodvis destigentes ; naturalia jura  
non permittunt , per quæ alteri per al-  
terum iniquam conditionem inferre non  
licet.

*Quinto* , cum talia fere non mani-  
facta studia pro eorum parte , in quos  
arma moventur, adversus eos, à quibus  
fit Avocatio , derivationes armorum in  
Imperium , cuius potestas obtenditur, ex-  
istere soleant , per quas Status & Ordines  
alienis negotiis implicantur ; & bella ,  
quæ alias sine scitu & assentu suo incho-  
ari non debent ex lubitu Imp. facile inci-  
dere queunt.

*Sexto* sunt eorum , postquam publi-  
cantur, non levia onera , quæ Statibus  
Imperiū impendent, quibus inde incum-  
bit, affixio, inquisitio, executio, in su-  
es rigor , & poena Edictis par , donec

effectu potiantur ; quorum quidquam sine se in suo & suos sibi præscribi Ordines Imperij dignitati atque libertati suæ incongruum semper existimarunt ; ideo per LL. fundamentales nihil Imperatori , nisi cum suis suffragiis , datum voluerunt.

*Septimo*, præter molestias non pauca & parva afterunt pericula. Ab Imperatore, si quid negligitur, vel non succedit, gravior, quam, ubi dissentitur, indignatio ; ab his, queis nocetur, ultionis studium ; ab iis, qui avocantur, metus & motus ; cum iis, quibus displaceat sic agendi ratio, dissidia ; à nemine gratia ; ubique de non curata satis libertate sinistra judicia.

*Octavo* latet in iis modus & arcanum , Ordines in odium, rixas, & contentiones cum inter se , tum cum exteris præcipitandi , eosque à favore, auxilio, benevolentia , qua pro libertate & salu-

salute aliquando gent, privandi, ut  
invisi & derelicti, arbitrio pleniori subjiciantur.

*Nono est inde grave præjudicium Aristocratico imperandi modo; cui velut fundamento Germaniae libertas inititur, & in minimo non observatus præbet ad alia faciles & in servitatem proclives consequentias.*

*Decimo, sunt ex arbitrio avocandi Imperatori permisso omnia Statuum, quæ milite & armis agenda sunt, in ejus arbitrio. Avocatoriis enim exarmare licet, si iis obediens opus est. Inania inde Statuum præsidia, munimenta, foedera, aut certe in aliena potestate, cui Avocatoriorum quædam citra communes LL. potestas permittitur.*

*Undecimo, quæ ex iis imminent, ac metuenda sunt, inquisitiones, accusations, praetextus, condemnations, poenæ maxi-*

maximi , in quo per ista omnes versan-  
tur , periculi sunt documenta .

Latus hic se campus aperiret , sin-  
gula exemplis ex Historica Germanica il-  
lustrandi , & , quid de quoque censendum ,  
declarandi ; verum , cum dissertationis  
Academicæ limites præter opinionem  
qualiscunque labor iste jam fere excedat ;  
quæ hic locum non inveniunt , ea ipsi  
conflictui , modo ansa subministre-  
tur , reservata cupimus .

*S. D. G.*



## I.

Formula Avocatoriū generalium, quibus prohibetur exterorum Principum conscriptio militum in Imperio, & iis, qui jam in servitio exterorum sunt, ut ne contra Imperium militent.

**S**Hr Ferdinand der Dritte (totus Tit.) entbieten allen und jeden Churfürsten / Fürsten / (ad longum) ins Reich z. und fügen E. Lbd. Lbd. And. And. und Euch hiemit zu wissen / wievol wir z. Hierumben so befehlen wir E. Lbd. Lbd. And. And. und euch samt und sonders von Rom. Kaiserl. Macht hiemit ernstlich gebietend / und wollen / daß sie in ihren Chur-Fürstenthumben und Landen z. auch derselben Unterthanen / Zugehörigen und Verwandten / was Stands und Besens die seyn möchten / fremde unzulässige Werbungen / Bestallungen / Musterungen / und Durchzug / und was dergleichen mehr seyn mag / ohne Fürweisung unserer Kaiserlichen Verwilligung z. durchaus nicht gestatten / und fur gehen / sondern dawider gebührlich ernstlich Verbott unsaumlich abgeben lassen / darüber mit wurdlicher execution, Bestrickung / Trenn- und Abschaffung der Werber / und der geworbenen ohn allen respect stieff und vest handhaben und halten z. z.

Denjenigen Reichs-Ständen / Lehenleuten / Vasallen, und Unterthanen / welche sich vorher schon in der aufwertigen Potentaten und Republiken Kriegsdienst befinden / gebieten und befehlen

len Wir ebener massen hitemit rc. daß sie sich wider uns/ das Reich/ und dessen getreue Churfürsten und Stände/ samt ihren Angehörigen Land und Leuthen nicht commendieren noch gebrauchen lassen/ viel weniger dieselbe mit einziger Einquartierung/ Durchzug/ Abnehm/ oder Thätlichkeit rc. beschweren/ sondern/ wann dergleichen ihnen zugemuthet würde/ sich mit diesem unserm Kayserl. Verbott entschuldigen/ derselben Dienst uff solchen Fällen alsbald gänzlich entschlagen rc. rc.

## II.

Formula Avocatoriorum generalium, quibus conscriptiones militum exteris in Imperio prohibentur, & omnes in hostium ministriis bellicis existentes domum revocantur.

**W**ir Leopold rc. entbiethen allen unsfern und des Heil. Römischen Reichs Fürsten und Ständen/ Lehenleuten/ Landsassen/ Bürgern und Unterthanen/ auch allen und jeden hohen und niederen Kriegs-Officieren und gemeinen Soldaten zu Ross und Fuß/ welche in derjenigen Protentaten Kriegsdiensten sich befinden / die wider Uns und des Reichs getreue Churfürsten und Stände die Waffen ergriffen/ Unsere Gnad/ und geben ihnen dabeneben zu vernehmen rc. Nach deme sich dann gar nicht gebühren will/ daß bevorab einiger Fürstlicher oder anderer Stand / Vasall, Landsäß/ Bürger und Unterthan des Reichs/ er sepe

seye uns und demselben mediate oder immediate unterworffen / sich in solchen Kriegsdiensten befinden / und gebrauchen lasse / die zu Verunruhigung und Verderb seines engenen Batterlands / Ver- gießung unschuldigen Christen-Bluts / und Unterdrückung gehorsamer Thürfürsten und Stände des Reichs gereichen. Hierumb so gebieten und befehlen wir hiemit allen dergleichen hohen und niedern Befelchshabern/ auch gemeinen Soldaten zu Ross und Fuß / was Stands und Wesens sie seynd / welche uns und dem Heil. Reich unterworffen / von Kayserl. Macht Vollkommenheit hiemit ernstlich/ und wollen / daß sie nach Vernehmung dieses unsers Kayserl. Mandats/ oder desselben glaubwürdiger Abschrift/ (dero Wir nicht weniger / dann dem original selbsten vollkommenen Glauben behgemässen haben wollen) sich ihrer und ihrem geliebten Batterland schuldigen und angebohrnen Pflichten erfüllen / aller zur turbirung des mit so grosser Mühe und Untkosten erworbenen Ruhstands gereichender / und dessfalls hochverbottener Kriegs-Bestallungen sich alsbald und ohne Verlierung einiger Zeit begeben und abthun/ Und da sie ja ihre Dienste und Tapferkeit erwiesen wollen / solche zu Schutz und Rettung des Heil. Reichs/ und nicht zu gewaltthätigen oppression dessen getrew- und gehorsamen Thürfürsten und Stände anwenden sc. sc.

## III.

Formula Avocatoriorum , quibus omnes  
in exterorum Principum servitiis bellicis  
existentes revocantur.

PP. Entbieten allen und jeden hohen und niedrigen Kriegs-Bedienten rc. so Uns und dem Reich mediate oder immediate unterworffen/ und aber sich jetztmahlen in ausländischer Herren/ welche mit uns und dem Reich in specie gegen Türcken nicht alliiret seynd / Kriegsdiensten sich befinden/ Unsere Gnad rc. Demnach nichts billighers/ als daß bey diesen betrübten Zeiten/ da von dem Erb-und Erz- feind dem ganzen Heil. Reich der endliche Untergang gedrohen wird/ alles/ was teutsch ist / sich nirgends engagieren oder gebrauchen lasse/ als/ wo gegen erstgedachten allgemeinen Feind des Reichs gestritten wird / als befehlen Wir hiemit rc. rc. uti in reliquis.



CO.

COROLLARIA.  
EX JURE NATURÆ.

I.

**D**atur Jus Gentium contradistinctum  
Juri Naturæ.

II.

Legatorum inviolabilitas ex Funda-  
mentis Juris Naturæ deduci potest.

III.

Dantur casus, ubi etiam cum cæde in-  
nocentis vitæ meæ consulere possum.

IV.

In statu Naturali, certum aliquem, ne  
dicam septimum, diem cultui divino di-  
candum fuisse, ex ratione sola demonstra-  
ri nequit.

V.

Ob religionem non quidem offensi-  
vum, bene tamen defensivum bellum suf-  
cipere licet.

EX JURE PUBLICO.

I.

**R**eges Sueciæ & Daniæ male se Van-  
dalorum Reges scribunt.

II.

( o )

II.

Sub venia ætatis Electori concessa non comprehenditur tutela Fratrum minorenium, ut putat Struvius.

III.

Electoribus Testamentaria Tutela per A. B. non adempta.

IV.

In Electorum successione, mortuo sine liberis primogenito, frater tertio genitus secundo geniti mortui filium antecedit; contra Schilt.

V.

Jus vectigalia concedendi non est Reservatum Imperatoris, quamvis R. I. de A. 1576. §. 117. id velit.

### *EX JURE CANONICO.*

I.

**N**ULLa potest dari ratio valida, cur in dubio magis pro matrimonio, quam contra illud, sit pronuntiandum.

II.

Solida ratio differentiae, quare extrema Unctio detur infirmis, non autem, quibus mors imminent à violentia e. g. suspendij, naufragij &c. vix est, ut dari possit.

III.

❧ (o) ❧

III.

Claudus sine dispensatione ad Ordines sacros  
promoveri potest, præcipue in Gallia.

I V.

Bene videtur esse constitutum in Concilio  
Tridentino, ut examinati ab Universitatibus im-  
munes sint à examine ulteriori.

V.

Coadjutoriae (ut loqui amant) cum futura  
successione Concilio Tridentino non sunt con-  
formes, in Praxi tamen haud infrequentes.

EX JURE CIVILI.

I.

Andatarius non tantum levem, sed & levi-  
simam culpam præstare tenetur.

II.

Negotiorum gestor nunc ad levem, nunc ad  
levissimam culpam tenetur pro diversitate ca-  
suum.

III.

Cessante confusione prædiorum non iterum  
reviviscit servitus uni forsan eorum debita, licet  
l. 18. ff. de serv. obstatre videatur.

IV.

Rei extra commercium legatarij legatæ æsti-  
mationem deberi pluribus & evidentibus Juris  
textibus probari potest.

V. Po-

Potest ei, qui post decennium domum re-versus uxorem prægnantem invenit, partus agna-sci suus.

EX JURE FEUDALI.

I.

L egitimus Tutor in Feudo est, ad quem suc-cessionis commodum pertinet, sive cognati sint, sive agnati.

II.

Tutelæ Feudalis legitimæ species, quæ in Jure Feudali Alemanno c. 49, 55. & 110. refertur, ho-die in Germania non obtinet.

III.

Responsio Stryckij, quam ad Quæst. 13. cap. 1. Exam. Jur. Feudal. tradit, minus congrua & suffi-ciens videtur.

IV.


Quær. An, Feudorum à Principe donatorum filio, intuitu Patris, ususfructus ad Filium, an ve-ro ad Patrem specket? Mihi videtur pro illo po-tius quam pro hoc esse pronunciandum, in casu, si filius servitia Feudalia præstare tenetur.

V.

Inundatione Terra Feudalis cessante, reviviscit Feudum.







Strasbourg, Diss., 1716-18







B.I.G.

Black

Q. D. B. V.

1793.  
ad loc. p. 1419.

25

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> JURIDICA  
INAUGURALIS  
DE  
AVOCATORIIS,  
QVAM

SUB PRÆSIDIO DIVINI  
NUMINIS

ita volente

*Illustri Facultate Juridica*

PRO LICENTIA  
SUMMOS IN UTROQVE JURE  
HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE CONSE-  
QVENDI,

*ERUDITORUM DISQVISITIONI*  
subjiciet

OCTAVIUS HENRICUS DE SOM,  
Hamburgensis,

Ad D. 27 Septembr. M DCC XIX.  
hor. locoq; solitis.

---

ARGENTORATI,  
LITERIS JOHANNIS PASTORII.